

## Aduertencias para.

inter Fratres, seu etiam Moniales ex una :  
nec non Episcopos, & locorum Ordinarios  
ac Canonicos siue Capitulares personas, Pa-  
rochialium Ecclesiarum, Rectores, & alias  
quascunque personas Ecclesiasticas & secula-  
res Apostolica au&oritate ad Sedem Aposto-  
licā advocauit eaq; omnia & singula cassa-  
uit, extinxit, ac pro cassis, et penitus extinctis  
haberi voluit & declarauit, Episcopis, & aliis  
Ecclesiasticis & secularibus personis desu-  
per perpetuum silentium imponendo. Et om-  
nia & singula Fratrum Prædicatorum priui-  
legia exemptiones. &c. de novo confirmat.  
Hoc patet Tom.z. Constitutionum Apostoli-  
carum, Constitutione. 140. fol. 1135.

¶ Gregorius. 13. Romę apud San&um Pe-  
trum Incarnationis Dominicę anno. 1572. Ka-  
len. Martij Pontificatus sui anno primo, præ-  
dictas Pii. 5. constitutiones reuocauit, & ad  
iuris communis, & Concilij Tridentini ter-  
minos reduxit, vt patet in sua constitutione  
15. fol. 1208. Quæ incipit: In tanta rerum: 8  
negociorum mole. &c. In qua dicit. Nos ha-  
varietate cognita, & infra. Statuimus, de præ-  
dictis, & aliis omnibus literis, & constitutio-  
nibus, quæ ab eodem prædecessore eisdem d  
rebūi